



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 10. Benedicti XIV. epistola ad Aug. Mariam Theresiam Hungariæ & Bohemiæ Reginam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

§. X.

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.*Benedicti XIV. epistola ad Mariam
Theresiam Hungariæ Reginam.*

Postquam Maria Theresia Austriæ Archiducissa die decima Octobris Viennæ in legitimam omnium Patris sui regnorum & statuum hæredem jure sanguinis & ex lege sanctionis Pragmaticæ proclamata fuerat, & die vigesima secunda Novembris a suis fidei homagium receperat, Poloniæ, Angliæ, Sardinia & Borussia Reges, utpote præfatæ sanctionis sponsores eandem ut talem agnovere, eique ad tuendum hoc jus omnem opem & operam polliciti sunt. Re comperta pariter Benedictus XIV. Papa novam Reginam ceu paternarum ditionum hæredem salutabat, Palutium tamen, tum Sedis Apostolicæ nuntium leniter reprehendit, eoquod ipse inter exteros Principum Ministros primus, non exspectato Pontificis mandato, Reginam sub hac prærogativa veneratus esset. Illa vero hanc præclaram paterni erga se affectus testificationem pro innata sua pietate maximi fecerat, cumque suam gratitudinem haud luculentiori specimine comprobare posset, perdemissis, ac filialis observantiæ plenis literis summum Pontificem rogaverat,

Hist. Eccles. Tom. LXXVII. B b ut

Sæc. XVIII. ut Ipse prolem, quam proxime partu
A. C. 1741. enixura esset, e sacro fonte suscipere ve-
 let. Sancta hæc petitio piissimi Ponti-
 ficis animum ingenti lætitia complecti,
 qui etiam die vigesima sexta Februarii
 paternas has ad eandem dedit literas

*Nostræ in Christo Jesu dilectissimæ
 Mariæ Theresiæ, Augustissimæ Regi-
 næ Hungariæ & Bohemiæ &c.*

„Filia in Christo Charissima!
 „comparabili consolatione percepimus
 „quod specialis ac vere paterna bene-
 „volentia, qua in vestram Majestatem
 „ferimur, eandem eo induxerit, ut pro
 „illa prole, quam luci daturam speramus
 „ad sacrum fontem Sponsores nos fecerit
 „exoptet. Inde colligimus, Majestatem
 „suam de nostra, qua præclarissimas
 „ejusdem virtutes summo loco habemus,
 „æquitate persuasam esse; quod
 „propter summa animi voluptate
 „propensione pro serenissima prole
 „Ecclesiæ communionem per Baptis-
 „mum recipienda eo lubentius sponso-
 „rum faciemus, quo certius tam mirabili
 „educatio nostram sponsonem opera-
 „tum completum iri, Nobis polliceri possumus.
 „Cardinali de Kollonitz plenam nostro
 „nomine hoc sacro munere defungentem
 „faci-

„facultatem dedimus: Nos vero inte- Sæc. XVIII.
 „rim Deum omnipotentem ardentissimis A. C. 1741.
 „suspiriis exorare non cessabimus, ut
 „Serenissimis Parentibus masculum e-
 „jusmodi hæredem donare velit, qui ce-
 „lebre suæ Familæ nomen ad suos Po-
 „steros propaget, Maternæ suæ domus
 „splendorem & famam continuo con-
 „servet, & veræ Religionis ornamen-
 „tum ac fulcrum evadat. Hæc vota
 „nostra ut feliciter compleantur, præ-
 „nuntia sit Apostolica nostra Benedictio,
 „quam Regiæ suæ Majestati Charissimæ
 „in Christo Filiz nostræ peramanter im-
 „pertimur. Datum Romæ die 26. Febr.
 „anno 1741.”

Demum Regina die decima tertia Mar-
 tii felici partu levata est, Filium enixa, qui
 hora septima vespertina ejusdem diei lu-
 strali aqua tinctus fuit. Sponsoribus sum-
 om Pontifice, & Augusto III. Polonorum
 Rege, quocirca Regius hic Princeps in
 sacro Baptismate vocabatur Josephus,
Benedictus, Augustus &c. Faustissimi
 hujus partus nuntio Romam delato Pon-
 tifex præceperat, ut ea propter in Na-
 tionis Teutonicæ Ecclesia præsentibus
 Cardinalibus sacrum solemne & Hym-
 nus Ambrosianus decantaretur. Ob-
 strepabant Purpuratorum nonnulli, id
 novum insolitumque esse caussati: cum
vero

Sæc. XVIII. vero eis significaretur, hanc solemnitate-
A. C. 1741. tem, si eam in præfata Ecclesia haberi
 tergiversarentur, omnino in Vaticano
 esse celebrandam, acquirere omnes
 unde in dicto templo hæc festività cum
 ingenti pompa peracta fuit, effigie Pon-
 tificis dextro, & illa Reginæ sinistro la-
 tere palam exposita.

§. XI.

*Ejusdem summi Pontificis querela
 contra præfatam Hungariæ
 Reginam.*

Quantumcunque ingens esset summi
 Pontificis benevolentia erga Ha-
 riam Theresiam Hungariæ Reginam
 atque Austriacam Domum, potior ta-
 men in eo erat cura, ut antiqua Sæ-
 Apostolicæ jura contra quoscunque la-
 bata servarentur. Firmiter sibi cum
 Prædecessoribus persuasum habebat, ta-
 nime controversum jus Romanæ Eccle-
 siæ competere in Parmam & Placen-
 tiam, hosque Ducatus sibi tanquam
 supremo Domino beneficiaria lege im-
 pectos esse: quamprimum ergo competi-
 tum habebat, quod Parmenses æque
 Placentini nomine Hungariæ Reginæ
 tanquam hæredis Legato hanc in re
 deputato fidelitatis homagium præstare
 compulsi fuissent, Apostolicæ Sedis ju-
 ra